cum pro bello ⁊ victoria nō colatur nisi mars: eque colentibꝰ
⁊ venerantibus ipsum equaliter fauere; si intuitu tm̄ culture
fauet cultoribus suis· quapropter impossibile est huiusmodi
bellantibus de inuicem prouenire victoriam. ¶ Qꝫ si dixerit q̄s
quia dyana etiaꝫ pro bello ⁊ victoria colitur. Reuertemur ad
id quod in proximo diximus: videlicet quia si eque fortes sūt
mars ⁊ dyana neutri parti proueniet victoria· si autē alterut̄
fortior: sequit̄ reliq̄s defectꝰ ⁊ miseria· atqꝫ stulticia q̄ꝫ diximꝰ.
Amplius aut pax aut amicicia est inter huiusmodi deos aut
nō · si sic necesse igitur est vt vnusquisqꝫ eorum amet cultores
omnium aliorum ⁊ faueat eis· amicorum enim tanta amicicia
⁊ tam scā̄ vt deos decet sese inuicē complectentiū. Manifestū
est omnia esse communia· quare impossibile erit aliquē illorū
vel munera sacrificiorum: vel aliorum oblationum recipere a
cultoribus suis vt impediat cultores alicuius aliorum. In hoc
enim iam agent ꝯtra illū: cuius cultores ⁊ subditos impediret
hoc autem non permittit veritas amicicie· vane ergo ⁊ inutilit̄
offerentur huiusmodi munera ⁊ sacrificia non accipientur· si
vero nō est pax nec amicicia inter eos· sunt igitur in discordia
⁊ odio inter se inuicem· he autem sunt passiōes pessime: quas
diuinitatis bonitas oīno non recipit. Amplius· aut iusto odio
se inuicem oderunt aut non· si sic ergo merito odibiles sunt: ⁊
propter hoc omni honore indigni· si vero non iusto odio sese
oderunt· eo igit̄ ipso iniqui sunt ⁊ mali· ⁊ propter hoc magis
pena ⁊ cōtumelia q̄ꝫ honore aut seruicio digni· iam igitur tibi
declaratum est ex his culturam deorum que ydolatria vsualit̄
dicitur· stultissimam esse atqꝫ sacrilegam.

¶ De insania ⁊ fatuitate ydolatrie stellaꝝ ⁊ luminū. ¶ Ca· II·

Post hoc igitur relinquitur nobis declarare insaniā ⁊
vanitatē atqꝫ impietatē ydolatrie stellaꝝ ⁊ luminum.
A Dicemꝰ ergo· quia ydolatre huiusmodi aut
intendebant huiusmodi cultu ꝓuire corporibꝰ inaniatis aut
corporibꝰ aniatis q̄ etiā anialia essent· aut spiritibꝰ forinsecis q̄
aniabꝰ huiusmōi vel corporibꝰ p̄siderent. qꝫ si spiritibꝰ: eadeꝫ ē
ydolatria hic quā sup̄ destruximꝰ· quare non oportet nos in
destructionē ipsius iteꝝ laborare· si vero corporibꝰ aniatis vel
anialibꝰ· necesse ē huiusmōi anialia aut esse rōnalia aut intelli
gentia vane igit̄ ⁊ ignoīnose eis seruit̄: cū nec ip̄m seruicium
agnoscāt nec seruitores· ⁊ ꝓpter hoc in remuneratione eorum
nullatenꝰ intendūt· cultū eni diuinū agnoscē: nō ē nisi rōnal'
anīe ⁊ intelligentis. Amplꝰ· brutis anialibꝰ diuinū honorem
impendē manifeste insanire ē· oīne nāqꝫ anial rōnale nobilius
est atqꝫ p̄stantius: sublimiusqꝫ incōparabilit̄ omni irrōnabili

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-442/0197
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG